

mus *supra*, quia testamentum hoc ex nullo alio, quam patris testantem pendet arbitrio. Item ejusdem patris, cuius verè testamentum est, sententia dicitur pupillaris substitutio, & ab eius voluntate pendere; quapropter ex rigore juris, matrem, & alios successores ab intestato excludit, etiam à Legitima, l. *Papinianus*, §. *sed nec impuberis*, ff. *de inofficioso testamento*, quoniam illis nullum pietatis officium debet, ut eis Legitimam reservare teneatur; quippe cum respectu ejus, qui verè testamentum facit, Legitima aliqua non debeat: unde cessat argumentum contra Bartolum, ex *dict. §. sed nec impuberis*, deductum, quo præcipue movebatur Trentacinq. de *substitutionibus*, part. 2. quæst. 1. n. 7.

Nec etiam obstat tertium fundamentum, in contrarium adductum *supra*, n. 3. ante finem, quia filius tam conjunctus est patri, ut idem censetur esse cum filio, & quicquid olim quærebat filius, quærebat patri, cuius in potestate erat: quare substituens pupillo pater, non videbatur in alienis, sed in suis bonis hæredæ scribere, etiam si ex successione matris, aut aliunde quæsitæ bona filius haberet, vel post mortem patris intra puberes annos ipsis obveniret; quare nemo fuit, qui ea ætate, puero, aut infanti melius providere potuisset, & propter prædictam conjunctionem perinde haberi debuit, ac si filius ipse testaretur. Quod post alios antiquos non malè animadvertunt Alciatus in rubrica, ff. *de vulg. & pup. substitut.* n. 21. & seqq. Galiula in l. *Centurio*, ejusdem tituli, num. 175. D. Spino in *speculo testamentorum*, glof. 23. num. 4. Antonius Pichardus in rubrica, *Instit. de pupillari substitut.* num. 16. elegantius & alii, quos ipsi non referunt, Connanus, inquam, *commentariorum juris civilis*, lib. 10. cap. 8. n. 1. ante finem, fol. 797. Baconius *declarationum juris*, lib. 4. declarat 63. n. 5. Petrus Gregorius in *synagmate juris*, lib. 42. c. 23. n. 4. ultra quos & alia ratio considerari potest, propter quã pupillariter substituendi facultas patri concedi debuit: nam cum lex duodecim Tabularum permitteret ipsi patri, ut in testamento disponere posset de persona filii impuberis, durante pupillari ætate, l. 1. ff. *de testamentaria tutela*, l. *verbis legis*, ff. *de verborum significatione*, ibi: *Super tutela rei sue*. Absurdum videretur quidem, ut patri, cui liberè disponendi de persona pupilli facultas commissa erat, de bonis etiam disponere usq; ad eam ætatem, facultas non committeretur, argumento textus in l. *in suis*, ff. *de liberis & posthumis*, ibi: *Quos & occidere licebat*. Et in l. *qui ex liberis*, §. *testamento*, ff. *de bonorum possessione secundum tabulas*, ibi: *Cum capite fortunæ quoque suas, in l. non debet*, ff. *de regulis juris*, cap. *ita licet*, eodem titulo, lib. 6. quam rationem licet non ita exactè, præsentire videtur Petrus Gregorius in *synagmate juris*, lib. 42. *dict. cap. 23. n. 5.* Denique non obstat, quod de exemplari substitutione, contra sententiam Bartoli dicebat Politus loco relato *supra*, cui & ipsemet responsum præbuit; addiderim ego, Exemplarem substitutionem à Pupillari in multis differre, ut certum est, & latè tradiderunt post ordinarios multos, Menchaca de *successionum progressu*, lib. 2. §. 17. per totum. Guilielmus Benedictus in cap. *Raimuntius de testamento*, verbo, si absque liberis, el *segundo*, tractatu de *exemplari substitut. per totum*. Covarruvias *ibidem*, §. 6. Antonius Gomezus tom. 1. *variarum*, cap. 6. Doctor Spino in *speculo*, Glof. 25. per totam. Hippolyt. Riminaldus in *conf.* 736. lib. 7. Alexander Trentacinq. de *substitut.* 3. part. cap. 1. cum seqq. Mantica de *conjecturis ultimarum volunt.* lib. 5. tit. 17. Antonius Pichardus in §. *qua ratione*, per totum, *Instit. de pupillari substitut.* & *ibidem* Joannes Oinotom. de *exemplari substitutione*, in principio.

Deinde, non sequitur ad exemplum Pupillaris; Exemplaris substitutio fuit introducta: ergo utraque ex humanitate fuit inventa, nam in l. *humanitatis*, C. *de impuberum*, humanitatis ratio exprimitur in exemplari, quæ in pupillari nunquam exprimitur: quod in contrarium non leve præstat argumentum, ut vides; potuit

ergo ex humanitate introduci. Exemplaris substitutio ad exemplum Pupillaris, quæ ex rigore fuit introducta. Et hæcenus de hac quæstione, quæ dilucidè, & distinctè magis, quam antea erat, remanet explicata.

CAPUT XV.

Substitutio Pupillaris quare introducta.

Substitutio Pupillaris quare introducta; curiosa magis in Scholis, quam in praxi necessaria quæstio; nunc tamen breviter, & dilucidè magis: quam antea fuerat, explicata.

SUMMARIUM.

- 1 Substitutio Pupillaris quare introducta? & ibidem plures rationes adductæ, remissivæ.
- 2 Substitutionis Pupillaris introductionem summa niti ratione, atque æquitate, & filii impuberis, pro quo testatur pater, maximum favorem continere, & commodum; patris etiam, cui pro filiis ac de bonis eorum testari lex permisit, cum antea sibi ipsi tantummodò testari posset, ut ad finem capitis dicitur, ubi ejusdem patris favor in alio consideratur.
- 3 Substitutionem Pupillarem ex sententia communi omnium Scribentium, ideo introduci necessarium fuisse, quod filius intra pupillarem ætatem testari non posset.
- 4 Idcirco adveniente pubertate extingui, quoniam in ea ætate jam filius testari potest.
- 5 Substitutionis Pupillaris introductionis potissima ratio adducta.
- 6 Substitutionis Pupillaris introductionis rationem inquirentes Doctores, omnes fere in unum finem, eandemque rationem tendere ignominie dumtaxat rationem à Recentioribus expressam.

Resoluzioni traditæ *supra*, cap. *præcedenti*, proxima est hujus Capituli dubitatio, & resolutio, quare scilicet Pupillaris substitutio sit introducta? Et pro vera, distinctaque explicatione constituo, Guil. Benedict. in cap. *Raimuntius de testamento*, verbo, si absque liberis, de *pupillari*, n. 2. rationem unam tradidisse, aliam Bo-lognetum in rubrica, ff. *de vulg. & pup. substitut.* n. 7. & 8. nonnullas Menchacam de *successionum progressu*, lib. 2. §. 14. n. 35. & 39. & n. 54. Politum in tractatu de *substitutionibus*, de *pupillari*, n. 7. in fine. Franciscum Connanum *commentariorum juris civilis*, lib. 10. cap. 8. n. 1. Petrum Gregorium in *synagmate juris*, lib. 42. cap. 23. ex n. 4. cum seqq. Caldam Pereiram referendum statim, & Joannem Oinotom. in *princ. Instit. de pup. substitut.* n. 3.

Deinde, præfatos Authores & alios plures relatos ab eis, quos ideo silentio duxi prætermittendos, nonnullos etiam Recentiores referendos *infra*, convenire in hoc, videlicet substitutionis Pupillaris introductionem summa niti ratione, atque æquitate, & filii impuberis, pro quo testatur pater, maximum favorem continere, & commodum; patris etiam, cui pro filiis, ac de bonis eorum testari lex permisit, cum antea sibi ipsi tantummodò testari posset, ut etiam notavit Caldas de *nominat. emphyt. quæst.* 8. n. 29.

Præterea, convenire etiam in alio; ideo Pupillarem substitutionem introduci necessarium fuisse, aut ideo introductam, quod filius, propter ætatis imbecillitatem testari non posset: idcirco adveniente pubertate extingui, quoniam in ea ætate jam filius testari potest, l. *qua ætate*, cum vulgatis, ff. *de testamentis*.

Denique substitutionis Pupillaris introductionis potissimam rationem, consideratam ab Alexandro Trentacinq. de *substit.* 2. part. cap. 3. n. 1. qui tacuit Paulum Leonium sic ante ipsum dicentem in tractatu de *substitut. de pupillari*, num. 34. & 35. Menchacam de *successionum progressu*, lib. 2. §. 14. n. 4. consideratam etiam

etiam per Doctorem Spino in *speculo testamentorum*, glof. 22. n. 4. in *princ.* Antonium Pichardum ad rubricam, *Instit. de pupillari substitut.* num. 14. qui etiam Leonium, Menchacam, Trentacinq. & relatos *supra*, in *intro*, tacuerunt, hoc est, honestum olim, ac honorificum; & utile visum fuisse cum hærede decedere, l. *quia*, ff. *de interrogatoris actionibus*, l. *si pupillus*, 42. ff. *de acquirenda hereditate*, & è contra, ignominiosum, propter rationem textus in §. 1. *Instit. quibus ex causis manumittere licet*, vel non, §. 1. *Instit. de hæredum qualitate*, & *differentia*, ubi Viglius n. 2. adnotavit: latius Joannes Oinotom. ex num. 7. cum seqq. Connanus etiam *commentariorum juris civilis*, lib. 10. cap. 5. n. 2. dicens, ideo moribus receptum fuisse, ut pater pro filiis impuberibus testaretur, ne pupillus sine hærede decederet, qui propter defectum ætatis, sibi hæredem scribere non poterat; idque intra pupillarem dumtaxat ætatem, in qua pupillus testari non valet, ut dicit textus in l. 2. ff. *de vulg. & pup. substitut. in princ.* *Instit. de pupillari substitutione*, l. 5. tit. 5. partia 6. Et sic succurrit est per substitutionem Pupillarem absurdo, aut inconveniienti prædicto, ex eisdem Authoribus, qui in effectu substitutionis pupillaris introductionis rationem reddentes, omnes fere in unum finem, eandemque rationem tendunt; ignominie dumtaxat verbum, aut rationem Recentiores nostri adjecerunt; ac denique rectè percipit Bo-lognetus in rubrica, ff. *de vulg. & pup. substitut.* n. 8. ubi etiam optimè expendit favorem patris in hoc, cum introducta pupillari substitutione, potestatem accipiat à lege testandi, non solum sibi ipsi, sed etiam filio; & quamvis aliàs decedente pupillo intra pupillarem ætatem, necessario successuri essent venientes ab intestato, data est potestas ipsi patri excludendi illos, & personas magis dilectas substituendi, ut capite superiori dicebam, & probat textus in l. *Papinianus*, §. *sed nec impuberis*, ff. *de inofficioso testamento*, cum aliis vulgatis,

CAPUT XVI.

De fide & autoritate Instrumentorum.

De instrumentorum autoritate & fide, tam quæ orignalia, quam quæ exemplaria sunt; item de his, quæ in ipsorum contectione, ut solemnia sint, intervenire debent: qualiter, & per quos testes impugnari possint, quibus ex causis suspecta, aut falsa reddantur, ut non, vel minus probent, adversus quatuorque suspiciones falsitatis, quibus rationibus defendantur, ac denique de protocolis, seu registris, nonnulla breviter, & distinctè traduntur in hoc cap. quæ utilia sunt, & in praxi frequenter contingunt, nec absque ingenti & assiduo Scribentium omnium studio in unum recenseri potuissent.

SUMMARIUM.

- 1 Author reddit rationem, quã præcipue movetur ut hujus Capituli materiam scribat.
- 2 Instrumenti publici solemnia necessaria censeri nonnulla, sine quibus minimè consequitur publicam auctoritatem, nec authenticam fidem: quorum septem, quæ potissima sunt, ut instrumentum dicatur solemnè, adducit Didac. Covarruv. hoc num. præcitatus; & latè prosequuntur alii, qui ab Authore recensentur *ibidem*.
- 3 Instrumentum habens solemnia, præsumitur verum, validum, & solemnè.
- 4 Et dicitur probatio probata.
- 5 Dicitur etiam evidentissima, ac plenissima probatio; ideo pro instrumento est magna præsumptio; & illi

fatur, atque fides integra adhibetur, donec contrarium manifestissime probetur.

- 6 Instrumentum plenam facit probationem, probatam, evidentem, ac manifestam, evidentissimam, realem, indubitam, & notoriam, nec indiget disceptatione fori, & habet vim decisionis causæ, & ex eo fundatur intentio.
- 7 Instrumentum plenam fidem facere, in solidum, & quoad omnia, ita ut omnes clausule in eo contentæ, censeantur adjæctæ à Tabellione ex voluntate contrahentium, & ipsis petentibus.
- 8 Habet enim pro se instrumentum tres præsumptiones. Prima est, quod sit verum, & non falsum, ne simulatum. Secunda, quod sit solemnè. Tertia, quod scilicet omnia in eo scripta, de voluntate partium scripta censeantur.
- 9 Instrumentum probare non solum id, quod expressè; & directe continetur in eo, sed etiam id, quod indirectè: & ibidem de intellectu text. in cap. cum olim, de censibus, remissivè.
- 10 Instrumentum in longinquis partibus confectum, utrum probet, quando apparet, in eo publicam, & solemnem formam intervenisse.
- 11 Instrumento fidem adhibendam esse, cui alioquin jure fides adhibenda est, quamvis non appareat protocolum.
- 12 Instrumentum ita demum probationem plenam inducere, si Notarius sit omni exceptione major; quod necessarium est, ut ejus instrumentis plena fides adhibeatur.
- 13 Instrumentum reddi suspectum ex qualitate scribentis, ut quia alias fecerit scripturas falsas, qui illud composuit, vel ex qualitate scripturæ, vel ex persona producentis, item ex vicio visibili, ideo instrumentum factum à Notario suspecto non probare.
- 14 Instrumentum utrum probeat, vel de falso suspectum sit, quando Notarius fuit condemnatus de falso in officio, vel extra officium: & an ex falsitate unius Instrumenti resudet suspicio falsitatis, respectu aliorum Instrumentorum, remissivè.
- 15 Et hac de re commendatus Fulvius Pacianus de probationibus, lib. 2. cap. 22. per totum, ubi in proposito plures casus distinguit.
- 16 Instrumentum non continens verisimile suspectum præsumitur & falsum, & non probat.
- 17 Instrumentum interlineatum, cancellatum, abrasum; apostillatum, & diversa manu, vel a tramento scriptum, auctum, vel diminutum, an fidem faciat? & duobus num. seqq.
- 18 Apostilla in margine protocoli, manu ejusdem Notarii, qui contextum scripsit, apposta, an fidem faciat? remissivè.
- 19 Instrumentum rasum an dicatur suspectum, si in parte substantiali sit rasum? & quæ dicatur pars substantialis? & ibidem de protocollo in parte substantiali raso, remissivè.
- 20 Instrumentum non probare, quando suspicio falsitatis oritur ex vicio latenti, aut visibili ipsius instrumenti: tunc enim sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate ne instrumentum fides detur.
- 21 Nisi suspiciones essent leves, & fragiles.
- 22 Vel nisi adessent probationes veritatis in contrarium, ex quibus instrumentum ipsum coadjuvari potest testibus instrumentariis & scripturis aliis.
- 23 Item nisi præsumptiones validiores adsint pro instrumento, quam sint suspiciones, quæ contra instrumentum allegantur.
- 24 Vel si accedat bona fama, & opinio Notarii, quæ est sufficiens præsumptio etiam sola ad tollendas plures alias præsumptiones, quæ in contrarium occurrerent.
- 25 Instrumenti falsitatem, præsumptionemve, aut suspensionem falsitatis instrumenti argui ex multis, quæ remissivè recensentur hoc num. ubi refertur Menochius decem casus congerens: adducitur etiam Mascardus,

- cardus, præfationes quasdam generales faciens, quæ justam suspicionem falsitatis inducunt, ac denique Petri Surdi, Hippolyti Riminaldi, Tiberii Deciani, & Joannis Vincentii Hondedei consilia nonnulla in proposito commendantur.
- 26 Instrumenti falsitatem, vel quod deest in instrumento, probari posse per testes.
- 27 Id tamen dupliciter contingere posse, si testes, vel instrumentarii, vel ex non descriptis contradicant instrumento, aut aliquo modo illud impugnent.
- 28 Instrumentum publicum, tam de jure communi, quam de jure Regio, quot testibus reprobari possit? & cujus qualitatis, & conditionis debeant esse testes, qui instrumentum publicum impugnare, aut subvertere intendunt, & qualiter deponere debeant, remissive: ubi inter alios multos, Menochius, & Covarruvias hac de re commendantur.
- 29 Instrumentum nullam fidem facere, sed reprobari omnino, cum testes in eo nominati dixerint, se instrumenti consecutioni non interfuisse.
- 30 Quid si unus testis tantum instrumentarius contradicat integro stante testium numero.
- 31 Si probatum fuerit, aliter scripsisse Notarium in instrumento, quam à partibus dictam fuerit tempore actus celebrati, non inde inferri debet, eum per dolum dixisse, cum esse possit, quod per errorem.
- 32 Contra instrumentum ubi aliqua opponuntur, nullitatem, vel falsitatem respicientia, vel quid aliud simile, aut propter aliquas suspensiones extrinsecas, est in Judicis facultate, aut arbitrio, instrumento fidem adhibere, vel non adhibere.
- 33 Et verè materiam hanc arbitrariam esse, sive Judicis arbitrium hac in re multum possit.
- 34 Probatio contra instrumentum debet esse manifestissima, & concludens, nec probatio presumptiva sufficit.
- 35 Ratio est, quia Notarius habet presumptionem juris pro se, ideo liquidissime constare debet de falsitate, contra eum.
- 36 Pro instrumento, etiam in dubio sit presumptio, adeo ut ceteris etiam paribus, vel in obscuro, semper contra falsitatis presumptionem fiat interpretatio.
- 37 Presumptiones hinc inde cum adsunt tam contra instrumentum, quam pro eo, ita ut possit dici res in obscuro manere, vel presumptiones pares esse; tunc in dubio Judex instrumento adherere debet, & pro eo judicare.
- 38 Instrumentum adversus nonnullas suspensiones de falso, defendi posse multis modis, quos inter alios Authores, eruditè quidem, & utiliter consideravit Hippol. Riminald. in consil. 18. per totum, volum. I. qui hac de re videndus erit omnino.
- 39 Instrumentum publicum tripliciter considerari communiter: aut enim est protocolium seu registrum; aut originale, vel authenticum; aut exemplum sumptum, vel transsumptum.
- 40 Protocolium quid sit, & unde originem habuerit?
- 41 Protocolium in iudicium productum, utrum paratam executionem habeat? remissive.
- 42 De requisitis protocolli, ut sit legitimum & solemne, atque ut ex illo instrumentum authenticum sumi possit, plenissime actum ab his, qui hoc num. præcitantur, ac inter alios decif. 106. Grammatici, commendata ab Authore.
- 43 Protocolium, seu registrum, ut fidem faciat, & solemne sit, atque ut ex illo authenticum instrumentum sumi possit continere debere omnes solemnitates in instrumento publico requisitas.
- 44 Et apud nos hodie, qualiter confici debeat, expressum esse in leg. 13. titulo 25. libro 4. novæ collectionis Regiæ.
- 45 Instrumentum desumptum ex protocollo, seu registro vitioso, & non solemni, nullum esse, tanquam ex-
- tractum, & productum à radice infecta, & vitioso.
- 46 Protocolium cancellatum, seu vitiatum in partibus substantialibus, an fidem faciat, remissive.
- 47 Protocolium seu registrum penes tabellionem servari, nimis necessarium esse, ob rationem hic assignatam, & numero seq.
- 48 De instrumenti viribus, aut validitate, quoties dubitari contingit recurritur ad protocolium tanquam ad fontem, & matricem.
- 49 Instrumentum originale, vel authenticum dicitur prima scriptura, quæ ab eodem Tabellione à partibus rogato, ex protocollo à se confecto extrahitur, & partibus datur.
- 50 Nec potest amplius quam semel dari, nisi casu amissionis probato coram Judice, & ipsius autoritate, & partis citatione interveniente, ac denique concurrentibus his, quæ adducit Covarruvias hoc numero præcitantur.
- 51 Exemplum sumptum, aut transsumptum quod dicitur?
- 52 Instrumentorum exemplis, aut exemplaribus fidem adhibendam non esse in iudicio: idque ob rationem hoc num. & seq.
- 53 Scripturam Tabellionis non probare nisi in his, in quibus ipse interfuit, & de quibus fuit à partibus rogatus, prout hoc num. latius demonstratur.
- 54 Notarius pluribus asserentibus se vidisse, aut auscultasse instrumentum manu talis Notarii descriptum, non abolitum, &c. non inducitur probatio de hoc, etiamsi tenor talis instrumenti inseratur per eos.
- 55 Exemplum ut probet, & quæ formâ, & quæ solemnitate sit transcribendum ex originali, aut ex protocollo, & quæ intervenire debeant? remissive.
- 56 Exemplum nimis antiquum ex originali instrumento traductum, utrum propter antiquitatem exemplationis fidem aut probationem faciat, etiamsi de solemnitate traditionis non appareat, & quando illud dicatur antiquum? remissive.
- 57 In dubio, utrum presumendum sit, citationem partis intervenisse, quæ necessaria est, cum exemplum transcribitur, remissive: & ibidem quid si sumus in antiquis?
- 58 Exemplum desumptum ab eodem Notario, qui originale instrumentum confecit, utrum plenam probationem faciat? & num. seq.
- 59 L. 1. §. sed si unum, ff. de bonorum possessione secundum tabulas, declaratur.
- 60 Instrumentum mentionem faciens de alio, regulariter non probare.

Circa instrumenti publici auctoritatem, & fidem, quam plurima occurrere solent, quæ valde necessaria, & utilia sunt, ut pote cum de illis frequenter dubitari contingat, ac in praxi quotidiana sint, sed adeo plenè multis in locis per Doctores tractata, & resoluta, ut longius tractare, aut examinare ea, à conditione, & instituto nostro multum abhorreat; quippe qui ab aliis distincte, aut absolute scripta repetere gravemur omnino, jucundum tamen cuilibet, nec absque utilitate futurum speramus, si nonnullas, & generales regulas, aut doctrinas in proposito constituamus, ac de unaquaque re eos in unum recensamus, qui hactenus ex professo magis tractarunt; sic enim, & querendi alibi, cum occasio se offerat, Lector excusabitur, & dubii occurrentis resolutionem facilius percipiet, si nonnulla prælegerit, quæ hac de re paucis tradidero.

Idcirco & primo loco constituendum est, instrumenti publici solemnitas necessaria censeri nonnulla, sine quibus minimè consequitur publicam auctoritatem, nec authenticam fidem: quorum septem, quæ potissima sunt, ut instrumentum dicatur solemne, adducit Didacus Covarruvias, ut alios ab eo citatos omittam, præcitantur, quæst. cap. 20. per totum, & vide cap. 19. n. 9. ubi dicitur

ex quo deducatur prima ac potissima auctoritas instrumenti; prosequuntur etiam, & ea quæ in instrumento intervenire debent, ut sit solemne, latè declarant D. Antonius de Padilla in l. si quæ beneficia, ex n. 4. cum seqq. C. de diversis rescriptis. Joannes Gutierrez præc. quæst. lib. 1. quæst. 138. cum seqq. usque ad finem lib. 1. Bonifacius Rogerius in cons. 54. per totum, lib. 1. Parladorius rerum quotidianarum. l. 2. cap. 20. Burgos de Paz in cons. 3. n. 88. Azevedius in l. 13. tit. 25. lib. 4. novæ collectionis Regiæ, per totam legem. Craveta in cons. 216. à princ. Menochius lib. 2. præsumpt. 82. & 83. Decianus in cons. 24. n. 48. vol. 1. Hippol. Riminald. in cons. 6. ex n. 1. cum seqq. & n. 46. & seqq. lib. 1. Ruinus in cons. 11. num. 15. 16. & 25. lib. 3. Simon de Præcis de interpret. ultimar. volunt. lib. 2. dubit. 2. solut. 2. n. 4. & n. 35. & seqq. fol. 353. & lib. 5. interpret. 2. dubit. 2. solut. ult. ex n. 105. cum multis seqq. fol. 535. Petrus Magdalenus de numero testium in testamentis requisito, 2. part. cap. 5. ex n. 16. cum seqq. fol. 416. Alexander Raudensis de Analogis, l. 1. cap. 28. n. 1. fol. 213. & vide l. 54. & 55. & l. 111. tit. 18. partit. 3. ubi plenè agit Gregorius Lopez, vide etiam Arisminum Tapatum variarum juris sententiarum, lib. 1. tit. de fide instrumentorum, fol. 271.

3 Secundò constituendum est, quòd instrumenti habens solemniam requisita, præsumitur verum, validum, & solemne: quod cum Baldo, Jafone, Socino, Grato, Decio, Alexandro, Parisio, Mandello, & aliis rectè adverteit, & optime explicat Mascardus de probat. tom. 2. conclus. 905. per totam. & ultra eum, idem adnotarunt Surdus in cons. 87. n. 1. lib. 2. Hippol. Riminald. in cons. 6. ex n. 36. cum seqq. & n. 139. & 140. lib. 1. & in cons. 816. n. 16. lib. 7. Marius Anguissola in cons. 58. lib. 1. alios infinitos statim adducam, quos ideo hic consultò omitto.

4 Et dicitur probatio probata, ut cum multis probat, & rectè explicat Mascardus de probat. tom. 2. concl. 906. per totam, & alii plures referendi infra.

5 Dicitur etiam evidentissima, ac plenissima probatio, ideo pro instrumento est magna presumptio, & illi statuitur, atque fides integra adhibetur, donec contrarium manifestissimè probetur, l. cum precibus, C. de probationibus, ubi Doctores omnes commoverunt, l. cum propria, ubi Gloss. Cod. si quis alteri vel sibi, cap. Abbate, de verborum significatione. Ex quibus sic adnotarunt, & quam plurima in confirmationem congeserunt Jason in repetitione l. admonendi. ff. de jure jurando, ex num. 154. Alexander in cons. 116. in fine, li. 3. Craveta in cons. 56. n. 7. in fine, & in cons. 75. n. 5. Socinus in cons. 213. n. 7. vol. 2. Tiraquel. de retractu lignagior, §. 2. gloss. 1. n. 20. & seqq. Cagnolus in l. si librarius. n. 80. ff. de regulis juris, Nevisa in cons. 51. & in cons. 79. & in cons. 82. Cephalus in cons. 4. n. 20. & in cons. 238. lib. 2. & in cons. 428. num. 55. li. 3. Burgos de Paz in cons. 2. 76. & in cons. 3. n. 88. in cons. 6. n. 3. Simon de Præcis de interpret. ultimar. volunt. lib. 2. dubit. 2. solut. 2. n. 85. Bursatus in cons. 34. n. 13. vol. 1. Menochius li. 2. præsumpt. 44. per totum, & in cons. 23. n. 20. vol. 1. Marcus Antonius Eugenius in cons. 51. n. 1. & 2. & in cons. 72. n. 34. & 35. Fulvius Pacianus de probationibus, li. 2. cap. 21. per totum, Borgninus Cavalcanus decis. 45. n. 35. & n. 54. Joannes Vincentius Hondedei in cons. 86. n. 69. & in cons. 89. n. 16. vol. 1. Fabius Turretus in cons. 24. n. 13. & in cons. 67. n. 19. & in cons. 93. n. 33. Achilles Pedrocha in cons. 2. n. 96. & 97. & in cons. 17. ex n. 72. Beccius in cons. 52. num. 5. 6. & 7. lib. 1. Marius Anguissola in cons. 44. n. 6. & 14. & in cons. 152. n. 31. Hippol. Riminald. in consilio 30. ex n. 28. li. 1. & in cons. 816. ex n. 12. usque ad n. 21. li. 7. ubi dicit, quòd instrumentum plenam facit probationem, probatam, evidentem, ac manifestam, evidentissimam, realem, indubitam, & notoriam, nec indiget disceptatione fori, & habet vim decisionis causæ, & ex eo fundatur intentio.

Et regula prædicta, quòd stari debeat instrumento, ac quòd illud plenam faciat probationem, procedit in solidum, & quoad omnia, ita ut omnes clausulæ in eo contentæ, censentur adjectæ à Tabellione ex voluntate contrahentium, & ipsis petentibus, ut cum aliis multis tradunt, & latius declarant Socinus junior, in cons. 101. Cum in presenti. colum. 2. n. 8. lib. 1. Craveta in cons. 75. in princ. Tiraquellus in l. si unquam, in præfatione, n. 126. C. de revocandis donationibus. & in tractat. de consil. 3. part. limitat. 31. Antonius Gabriel commun. lib. 6. tit. de consuetudine, conclus. penult. Simon de Præcis nonnulla congerens in proposito, de interpret. ultimar. voluntat. l. 2. interpretat. 1. solut. 10. ex num. 52. usque ad n. 68. fol. 166. Habet enim pro se instrumentum tres præsumptiones. Prima est, quòd sit verum, & non falsum, nec simulatum. Secunda, quòd sit solemne. Tertia, quòd scilicet omnia in eo scripta, de voluntate partium scripta censentur: quod eleganter scripsit Baldus in cons. 437. n. 5. lib. 5. & cum multis adnotatur Beccius in cons. 52. n. 3. & 4. lib. 1. Nevizan. in cons. 79. n. 10. Hippol. Riminald. in cons. 30. num. 27. & 28. l. 1. & in cons. 696. n. 60. l. 6. & in cons. 816. n. 16. l. 7. Surd. in cons. 187. n. 1. lib. 2. Joannes Vincentius Hondedei. in cons. 99. n. 8. lib. 2. Bonifacius Rogerius in cons. 20. ex num. 12. lib. 1.

Procedit etiam, ut non solum probet id, quòd expressè, & directè continetur in eo, sed etiam id quòd indirectè: ita Abbas multum commendans in cap. cum olim, num. 10. de censibus, quem sequuntur Antonius ibi, in vers. item nota. Felinus in cap. translato, colum. 2. de consil. Jason in l. certi conditio, num. 21. ff. si certum petatur. Parladorius rerum quotidianarum, l. 2. cap. finali, §. 11. ampliat. 4. 1. part. fol. 203. & latè explicans, agensque de intellectu text. in dict. cap. cum olim, de censibus, Fulvius Pacianus videndus omnino de probat. lib. 1. cap. 26. n. 70. fol. 69. Quinimò, & instrumento in longinquis partibus confecto standum est, quando apparet in eo publicam, & solemnem formam intervenisse. Panormitanus in cap. 1. vers. Duodecimò requiritur, col. 4. de fide instrumentorum, Baldus in l. 1. n. 14. C. de fideicommissis, & in cons. 115. Quia plenissime, lib. 3. Decius in cons. 42. col. penult. Lanfrancus de Oriano in cap. quoniam contra falsam, in verbo, instrumentorum productiones, n. 15. maxime propter legalitatem producentis. Speculator in titulo de instrumentorum editione, §. restat. col. 3. Bartol. in authent. ut iudices sine quoquo suffragio, §. eos, Caltrensis in cons. 394. Videndum est utrum, lib. 1. Simon de Præcis de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubit. 5. solut. 2. n. 4. & fol. 65. Sed contrarium sententiam tenuerunt quamplures alii juris Authores, quos in unum congescit, & rem hæc ex proposito declaravit (idcirco amplius insistendum non erit) Fulvius Pacianus dict. tractatu de probat. lib. 2. cap. 21. ex n. 58. usque ad n. 67. ubi num. 61. dicit, quòd consuetudo generalis in instrumentis confectis in longinquis partibus illud remedium adhibuit, ut apponantur in dictis instrumentis litteræ testimoniales cum sigillo Judicis loci, attestantes, illum, qui confecit instrumenta, esse publicum Notarium, & pro tali haberi, & communiter teneri, quibus literis etiam in magna causa creditur, & imputandum est ei, qui non procuravit ea habere, dummodò in literis non solum dicatur, quòd talis sit tabellio, & publicè habeatur, sed etiam quòd talis tabellio instrumentum scripsit, quòd incipit sic, & finitur sic: declarat etiam Parladorius rerum quotidianarum, lib. 2. cap. fin. 1. part. §. 11. ampliat. 3. per totam, fol. 201.

Procedit denique proposita resolutio, ut instrumentum probet, etiam protocollo non reperto, Bald. in rubric. C. de fide instrumentorum, col. 9. Felinus in cap. cum P. Tabellio, col. 1. de fide instrumentorum, & cum Caltrensi, Cagnolo, & Ruino probavit Hippol. Riminald. in cons. 197. n. 19. & in cons. 209. n. 20. & 21. l. 2. Covarr. præc. cap. 19. n. 3. ubi dicit, & rectè fundat, fidem adhibendam